207

# Sigismundus I. Rex Poloniae Joanni Balinski Notario et Bernardo Golawinski Capitaneo Margenburgensibus.

Deputatum est Rndus Dnus Joannes Laski ArchiEppus Gnesnens Tutor et Joannes Pampowski Filius ad certos arbitros, ut unà Vobiscum (: qui etiam estis per Nos arbitri deputati :) pecora et pecudes in praedys Castri Marienburgensis recenseantur, et iusta aestimatione taxentur, ne idem Joannes Pampowski damno et injuria afficiatur. Mandamus Vobis, ut cum ipse Dominus ArchiEppus Arbitros suos isthuc miserit Vos etiam simul cum ipsis iustitiam, prae oculis habens pecudes, pecora, et alia, quae ad praedia conservanda pertinent, conspiciatis et aequo pretio aestimetis pro Gratia Nra. — 24. Septembr. 1510.